ܡܘܫܐ ܠܐܗܪܘܢ ܟܠܗܘܢ

[7] ܦܝܦܝ،

fectiva sumpto, vel enallage numeri admissa; nisi potius ex facili literarum commutatione, legerint חתו, quod male sint interpretati. In hoc semel lapsi recesserunt omnino pro συ μοι vertentes της περιτομης του παιδιου μου, vel divinantes, vel ex versu sequenti, ubi item semel sumpto חתן ut supra, non omnino male cetera vertuntur το αιμα της περιτομης, addito explicationis gratia του παιδιου μου. Quid vero si lectionem versus 26 habuerint in suo codice H in versu 25 ex corruptione ob easdem voces utrobique recurrentes? Demum plurale דמים utrobique versum in singulari nihili est, cum eodem redeant, et alibi fiat, et sic dederit Aquila, vel quisquis sit auctor nostrae lectionis marginalis, et Hebraeus codicis VIIm; idemque de למולת dicendum v. 26 nihili esse verti in singulari sensu eodem, ut pariter ibi dederunt VIIm, qui legit νυμφιος αιματων της περιτομης, Symmachus, P, Vulg.

Marg. inferiori ad hanc marginalem lectionem: Scholion. *Si tetigit pedes ejus, neutiquam solum figuram humanam* (is) *gerebat, sed etiam corpus* αντίτυπον. *Num igitur pedes Moysi tetigit? Ei autem dicebat illud: Sponsus sanguinis* est mihi.* Sub ipso scholio vero sine indice ubique est αντίτυπον, quod referendum, ubi ipse inserui, ut patet. Sed et in ipso scholio index apponitur ante ipsum, sed deest in loco, ad quem refertur. Scholion istud Graecum habet auctorem, ut patet ex ipsa voce Graeca apposita et ex lectione Aquilae assumpta, a qua paullisper discedit P vel in PA et sociis.

27. Marg. *Capitulum III.*

κυριος = marg. ΠΙΠΙ: H *Jehovah*.

εις συναντησιν μωυση = in ܠܐܘܪܥܐ ܕܡܘܫܐ literae ܕܡܘܫ ܠܐܘܪܥ et ex parte saltem etiam ܐ in rasura scribuntur, sed prima manu.

κατεφιλησαν αλληλους = κατεφιλησεν αυτον, H, Hmm, VII, Ald, AH, CM, Aet, Arm.

infra afferetur, et, quod mirum, P in PA, in Pa, in VI Polygl. Lond. in cod. Usserii satis vetusto et in codice Pococke, in Ephraem I, 205 repetite, contextu ipso ejusdem confirmante, demum in Jacobi Recensione ex P et LXX hic concinnata, quomodo quidem cursim ipse locum descripsi, contradicente tamen de Sacy in *Not. et Extr.* IV, 661, qui pro ܐܢܬ ܠܝ legit ܐܢܬ ܠܗ cum PP, cui concinunt ejusdem archetypum PJ, et PL. Puto vero sic primo correctum fuisse ex Vulg, vel ex H in PJ, unde in PP et PL manaverit, cum contra legant saltem unus Usserii codex, et quod majus est codices Pococke et Pa arcta necessitudine, ut mihi videtur, connexi cum textu maronitico PJ. Potuit tamen vel antiquissime corrumpi ex similitudine literarum ܝ et ܗ primigenium ܐܢܬ in ܐܢܗ; quae quidem est facilior ratio expediendi dissonantiam quae in illa lectione offertur inter P et H, ubi profecto vox communissima nullum Interpreti negotium facessebat. Dubium demum, quod ex lectione P suboriri potest, ne ab ista sit corruptus Syro-Hexaplaris, satis diluitur ex testibus Graecis lectionem εχω exhibentibus. LXX in και προσεπεσε προς τους ποδας αυτου, και ειπεν bene H reddunt, nisi quod προσεπεσε non male ad sensum reddiderunt; sed quanam ratione LXX dare potuerunt εστη το αιμα της περιτομης του παιδιου μου, quae adeo a textu recedunt in loco quod voces attinet non difficili? Cum Onk, Jon, Jerus, Ar non vertant hic, sed exponant et commententur textum, qui vocibus facilis explicatu quoad sensum difficilis erat, indeque longi eorum discursus sint repetendi. Ego putarem LXX confudisse חתן cum חתם, ut fecit etiam Hebraeus allatus in Hexaplis v. 26 vertens εσφραγισε, illudque liberius vertisse, ex contextu fere divinantes, verbo quidem in scriptione de-

f. 18. r ܠܪ̈ܓܠܘܗܝ ܕܡܠܐܟܐ ܕܡܪܝܐ ※ ܕܒܠܘܗ܂ ܩܡ ܕܡܐ ܕܚܬܢܘܬܐ ܕܒܪܝ

ܘܢܦܠܬ ܠܘܬ ܪ̈ܓܠܘܗܝ ܕܒܠܘܗ ܘܐܡܪܬ܂ 26 ܕܒܠܘܗ܂ ܘܐܙܠ ܡܢܗ܂ ܡܛܠ ܕܐܡܪܬ

⁴ ܐ. ܠ. ܘܣܘܡܟܘܣ⁵ ܕܝܠܝ ܕܚܬܢܐ ܕܕܡܐ

ܟܕ ܐܬܐ ܕܒܠܘܗ ܐܝܬ ܠܝ܂

ܘܐܡܪܬ. ܡܛܠ

5 ܣܟܘܠܝܘܢ. ܐܘ ܟܕ ܢܦܠܬ ܠܪ̈ܓܠܘܗܝ. ܠܐ ܗܘܐ ܒܠܚܘܕ ܐܩܠܝܡܐ ܐܢܫܐ ܡܫܡܠܝܐ ܗܘܐ. ܐܠܐ ܘܛܘܦܣܐ ⁶ܐܢܛܝܛܘܦܘܢ. ܕܚܬܢܐ ܗܘܐ ܡܛܠ ܕܗܢܐ ܛܘܦܣܐ ܕܡܫܝܚܐ. ܠܗ ܕܝܢ ܐܡܪܐ ܗܘܬ ܗܝ ܕܚܬܢܐ ܕܕܡܐ ܐܝܬ ܠܝ܀

⁶ ΑΝΤΙΤΥΠΟΝ

teram, vocali Masorethica in prima voce non computata, Theodotio Graecus in Hexaplis: και ηψατο των ποδων αυτου, και ειπεν· οτι νυμφιος αιματων συ μοι, cui concinit VIIm το εβραικον· νυμφιος αιματος συ μοι; et Theodotioni quidem etiam Coislinianus tribuit οτι νυμφιος αιματων συ μοι, cum haec in eo habeant οι λοιποι, et perperam relata sive in codice, sive in Hexaplis et Ap. Hm ad v. 26, reapse sunt traducenda ad v. 25, collato H et Basiliensi codice. Quam tamen notam οι λοιποι nolim nimis urgere, ut omnes Interpretes praeter LXX complectatur (cf. Montf. *Praelim.* X, 1). Sed nec video cur Aquila literae tenax dederit αιματος pro αιματων, secus ac Symmachus et Theodotio in Graeco, et εχω pro συ μοι Hebraei, quae cum liberiuscule, tum frigide ex contextu commutantur in εχω. Quod ut in Graecis testibus, sic in nostro reapse est, cum codex, ut enotavi quia facilis literarum erat confusio, habeat vere hic atque in scholio infra afferendo ܐܝܬ ܠܝ *est mihi*, ut Syrus solet vertere εχω, non ܐܢܬ ܠܝ συ μοι. Nec testibus Graecis obstantibus auderem dicere in Hexaplis commutatas lectiones Aquilae et Theodotionis, cui magis conveniret ex ejus indole lectio νυμφιον αιματος εχω. De Syro huc forte traducenda, quae loco allato habet Montfaucon, tenui nempe neglecta lectionum varietate simul copulatas fuisse hic lectiones Aquilae et Theodotionis, ut Montfaucon reperit factum pro lectionibus sub nota λοιποι allatis. Sic tamen ut Aquila legit, saltem in nostro Syro, auctor scholii, quod

κυριου = —, Hmm, VII, AH1, Augustin., CM: de H cf. not. praec., ex quo potius erat αγγελος obelo confodiendum, et κυριος substituendum.

25. ψηφον = marg. ψηφος, *idest silex.* Tam Graeco, quam Syro auctori potest dari hoc scholion, quod interpretatur vocem multiplicis sensus tam in Graeco quam in Syro; contextui Graeco et Hebraeo convenit interpretatio. Punctum super litera ܣ vocis ܣܟܘܠܝܘܢ in textu coalescit cum litera ex parte, fortasse etiam casuale est.

αυτης = sub asterisco; nullus testis LXX omittit, et habet H. Puto ex errore huc translatum asteriscum, quod fuerit ad αυτου ܕܒܠܘܗ, quod sequitur, et cum desit in Hm 56, II, III, non absonum est defuisse in Graeco Origenis, qui ideo suppleverit cum habeat H.

και προσεπεσε = marg. Α. Θ. και ηψατο των ποδων αυτου και ειπεν· οτι νυμφιον αιματος εχω. Ex Theodotionis et Aquilae lectionibus in Hexaplis ex codice Basiliensi, anonymis in ER, concinnavi Graecum Syri textum. Quae Aquilae est lectio in Hexaplis parum confusa και ειπεν, νυμφιον αιματον (sic, lege αιματος ex ER mox afferenda) εχω εις περιτομας, est anonyme νυμφιον αιματος εχω in ER, eamque versui 25 refero, cum ex και praemisso et ex εχω omnino illuc sit retrahenda, praeter εις περιτομας, quae coaluerunt cum illis in unam lectionem, puto, quia recurrebant νυμφιον αιματος. Num tamen noster recte dederit lectiones Interpretum, vehementer dubito. Versionem enim Hebraei refert ad li-

HUJUS COLLECTIONIS OPERA DOCTORIS A. CERIANI PRODIERUNT

other vol
Sem 1505

MONUMENTA

SACRA ET PROFANA

OPERA

COLLEGII DOCTORUM BIBLIOTECAE AMBROSIANAE

TOM. II. = FASC. II.

PRAEFATIO IN GENESIM.

1. Codex Syro-Hexaplaris Genesis et ratio ejus editionis.

Codex, ex quo prodit tertia fere pars Genesis versionis Syro-Hexaplaris, asservatur in Museo Britannico, notatus *Add. Ms.* **14442**, et sic describitur in *Catalogue of additional Mss.* Musei Britannici sub hoc numero: *Parts of three Mss.: i. Part of Genesis, of the Hexaplar edition; ii. Part of Samuel, of the Peshito edition; iii. Part of the Books of Chronicles, of the Peshito edition. On vellum, written about the VIth century. Octavo.* Postremam partem jam non habet, seorsim compactam; alteram adhuc servat codex. Est unus ex codicibus, qui iteratis vicibus ab anno 1841 ad 1847 illuc pervenerunt e celeberrimo Monasterio Syrorum Sanctae Mariae Deiparae in Deserto Scetensi, quod, ut Bobiense Coenobium pro Latinis Mss., et magis etiam, Europam pretiosissimis Syris codicibus ditavit cujusque generis, et in primis Hexaplaribus vetustis omnibus, qui supersunt Mediolani, Parisiis, Londini, alibi. Ex numero, quem gerit, apparet allatum fuisse ex Aegypto an. 1842 a Tattam, et anno insequenti accessisse Museo Britannico. Sed historiam omnium harum acquisitionum, quibus ingentem thesaurum magis in dies dilabentem ex illo loco Angli redimerunt atque in sede tuta ac literato orbi maxime pervia ac commoda collocarunt, vide, sis, in *Quarterly Review* an. 1845. N.º CLIII, in Praefatione operis *The Festal Letters of Athanasius, discovered in an ancient Syriac Version* per Guilelmum Cureton, qui etiam hoc nomine de literis Syriacis maxime meritus est, quod Augustum Pacho movit, ut magnam illorum codicum partem compararet, quibus etiam jam acquisiti ex parte vel in totum saepe resarcirentur, demum in *Edinburgh Review* anni 1857. Utrum vero codex Genesis in Monasterio S. Mariae scriptus fuerit, an aliunde, ut plerique alii ejusdem libri, in ipsum devenerit, non liquet ex codice; fortasse ex collatione manuscriptorum inde allatorum in Bibliothecas Londinensem Musei Britannici et Vaticanam definire licebit, si libri scripti eadem manu ac nostri in iisdem asserventur, quorum historia ex subscriptionibus notisque aliis pateat.

Ut plerique Mss. libri Monasterii S. Mariae Scetensis, ut omnes Hexaplares ejusdem, etiam codex Genesis mutilus est, imo longe prae aliis Hexaplaribus, Numeris exceptis, et hic illic etiam in foliis reliquis miserrime passus est. Ex foliis 130, quibus saltem constabat ex numero 13 Quinternionum folia 10 complectentium ex usu codicis (cf. in editione mea p. 48, not. ad XXXI, 53, et pp. 99, 103), solum 46 supersunt, imo 45, si codici primitus non pertinuit folium primum, de quo infra. In fine vero ultra folium 130 prosequebatur probabiliter codex saltem ad unum folium, in quo esset subscriptio cujusmodi fere numquam deest in libris Hexaplaribus, vel si plura desunt, aut liber alius sequebatur, aut excerpta aderant, ut in 4 Regum in codice Parisiensi et ad calcem Job in Ambrosiano. Sed alterum librum fuisse additum minus probabile putarem, cum unus insit liber ceteris manuscriptis Hexaplaribus ejusdem cum nostro habitus externi, et contra morem codicum similis formae magnae nimis molis extitisset. Foliorum numerum, imo et paginam semper ex codice adnotavi in mea editione. Quae vero folia mutila sunt, vel solum male habita non vacat commemorare, cum ex mea editione, ubi, si e re erat, obiter indicavi, quisque possit eruere, si id scire utile est.

Codex prouti nunc est, haec continet:

Folio 1 r.º ab alto ad infra charactere estranghelo duplicato ܕܬܠܝܬܝܘܬܐ *Trinitatis*, ubi ܕ paullo altius ceteris literis ponitur. Fol. v.º rudis imago atramento delineata est, infra quam ex iis, quae apparent,

septem fere lineae scriptae subjiciuntur, quae ita obliteratae fuerunt, ut vix literam aliquam singularem liceat expiscari; erat autem scriptura, ut videtur, media inter *estranghelam* et *maroniticam* et codice recentior. Utrum hoc folium codici primitus pertinuerit, an serius in compingendo libro additum, nescio, cum membranae qualitatem ejusque nexus cum codice conditionem oblitus sim animadvertere. Quidquid sit, si id codici pertinebat, erat vacuum, si primum excidit, unum tantum excidit initio Quinternionis primi computatis duobus quae post 2 et 6, quae nunc exstant, perierunt (cf. pagg. 4, 9, 13, collatis et XIII et XV). Quod quidem folium vel vacuum erat, vel lectionum ecclesiasticarum indicem habebat, ut liber Exodi, vel nonnisi exigui quid, non vero continere poterat pro minimo spatio historias illas Interpretum, quas Hexaplis suis praemisisset Origenes ex Montfaucon, *Hex. Orig. Prael.* I, VII.

Fol. 2-8: *Capitula Genesis* mutila passim in textu, praeterquam quod folia duo in medio et alia a fine exciderunt.

Fol. 9-46: Gen. IV, 8-IX, 24; XVI, 2-12; XX, 1-12; XXXI, 53-XXXII, 11; XXXVI, 2-XL, 17; XLIII, 1-XLVII, 16; L, 17 ad finem. Vix lacuna unius alteriusve vocis, vel literae in his quae supersunt. Lacunas foliorum suo singulas loco tractavi.

Codex est membranaceus; ad rationem *metricam* appellatam demensus altus est 0, 22, latus 0, 135: textus altus 0, 16-0, 17, latus 0, 085-0, 09, notis marginalibus non computatis, quae minus regulariter locum tuentur: margo exterior codicis latus 0,03 fere, interior fere 0, 018, superior fere 0, 021-0, 023, inferior demum fere 0,032-0,035. Membrana saepe resecta fuit in margine exteriori laterali, forte et in aliis externis.

Pagina unam habet columnam. Lectiones vero Interpretum, variantes, scholia, ceteraque marginalia scribuntur de more in margine exteriori, interdum in superiori et inferiori; notae tamen Capitulorum, Sectionum, Lectionum ecclesiasticarum in Capitulis praemissis, et numeri Stichorum in margine a dextra legentis scribuntur. Ceterum cum, quatenus fieri potest, habitum codicis servaverim, nisi quod lectiones marginales et scholia cum notis lectionum ecclesiasticarum et stichorum infra textum ablegavi, de omnibus vero quae e re erant adnotaverim, quisquis potest ex mea editione conditionem codicis conjicere.

Character codicis est *estranghelo* in textu LXX et Capitulorum, atque in notis Capitulorum et Sectionum, in titulis in fronte Capitulorum ac in fine Quinternionum et in istorum notis, in rubricis inter textum et in subscriptione. Stichorum notae charactere minori eo textus exarantur, eoque medio inter *estranghelum* et *maroniticum*, ut apparet ex ullis locis, nam saepe literae eaedem in isto medio charactere et in *estranghelo*. Lectiones Interpretum ceteraque marginalia utuntur charactere medio et eo textus longe minori. Si quid usquam recessum est, adnotavi. Graecae voces exarantur charactere unciali eoque conformato ad eum, quo ex aetate sua suisque codicibus, modo non ultra saeculum VI ascenderent, uti debebat Paulus Telensis, vix de more inclinante ad deflexum, quo Graecus homo de more usus fuisset aetate codicum Syro-Hexaplarium. Ex imitatione proxima vel remota Graecae scriptionis Pauli Telensis eam Hexaplarium codicum omnium pendere inde arguo, quod in amanuensium pro codicibus diversis multitudine varietas vix exigua intercedit et talis, saltem de more, quae eandem singularem scripturae conditionem refert. Similis vero est prae ceteris scripturae Galeni palimpsesti, quorum partes conservantur in Bibliotheca Vaticana et Guelferbitana, et tabulis repraesentarunt Mai in *Juris Civilis Antejustinianei Rel.*, Tischendorf, *Bibl. Sin.* edit. maj. Tab. XXI; seculo VII tribuit Tischendorf codicem istum (Proleg. IIII. initio), eo vero ineunte Paulus Telensis versionem Syro-Hexaplarem confecit.

Rubricae inter textum, titulus et notae Capitulorum, tituli in fronte paginae ultimae Quinternionum, subscriptio minio exarantur charactere etiam eo textus interdum paullo majori. Puncta tamen diacritica in istis quoque atramento scribuntur ex more Syro, non semper tamen in omnibus codicibus servato. Omnia quae minio exaran-

tur, *estranghelo* charactere dedi, non nimis felici ille quidem, sed quo uno uti licuit.

Indices marginalium sunt qui in aliis codicibus Syro-Hexaplaribus usuveniunt, ex Graecis imitati, ut apparet collatis codicibus Coisliniano I, Sinaitico cum Friderico-Augustano, Ambrosiano *A*, 147. *Inf.*, aliis vetustis. Graecae voces de more, non semper, crucem pro indice habent. Interdum desunt indices vel in margine, vel in textu et in margine; ubi certus erat per se locus, cui referebantur lectiones marginales, de more nec indicavi defectum parcens chartae.

Character *estranghelo* codicis est simplex et elegans, manu firma ac libera exaratus, nec gaudet ut plurimum crassioribus ductibus et grandioribus, qui fere obtineat in ceteris Hexaplaribus, excepto Ambrosiano, qui saepe cum illo fere convenit, literis tamen utens longe minoribus. Quantum nunc commemoro, accedere mihi videbatur ad antiquiores codices et ad ipsum celeberrimum *Theophaniae Eusebii*, etc. Musei Britannici, speciem characteris quod attinet, quin tamen omnino cum eo conveniat, ut par est ex utrinsque aetate, quae certo differt saltem duobus seculis et aliquot annis, cum ille sit A. D. 411, et noster versionem contineat A. D. 616 fere inceptam. Cf. T. I, fasc. I, Prolegom. p. III, IV. Licet vero unus amanuensis codicem exaravit, non in eadem ductuum proceritate ac crassitie perseveravit, sed paullisper variavit, ut fere usuvenit in omnibus libris manuscriptis. Interdum demum literae, quae non solent connecti cum sequenti, in fine vocis una et lineae producuntur ductu recto fere adjecto ad lineam ipsam implendam, ut fol. 2 r.º l. 8, fol. 3 r.º l. 9, fol. 28 r.º l. 16, quod et in aliis libris vidi.

Interpunctio major, sive parvarum Sectionum, in codice fere semper constat quatuor punctis nigris rubrum medium circumstantibus; sed et aliqua varietas usuvenit. Aliquali ratione dedi, ut potui. Cum hac majori interpunctione, quae Graecis vetustis codicibus ignota ex Syro more est, compegi potest nota ÷, quae in margine a[illegible] illa occurrit, et col[illegible] diligentiore in his Ambrosiano, ubicumque illa in textu apponitur, adhiberi debuisset. Haec vero nota Hexaplarium librorum, ex Graecis omnino desumpta codicibus, aliis enim Syris deest quantum novi, exhibet nobis parvas Sectiones Graecorum codicum, et collato nostro libro cum vetustissimo Graeco Ambrosiano, quem vide in III tomo editum, evidenter apparet idem systema utriusque libri; licet aliqua in Syro oscitantia deprehendatur in omissione notae marginalis, quae facilius negligi poterat, et diligentior fuerit in interpunctione majori inter textum, quae fere reddit notam marginalem Graeci codicis; nec ausim omnino eandem asserere de utroque codice in hac re conditionem, cum in ullis locis, quos quisque facile reperiet conferendo, diversitas deprehendatur, quae non ex oscitantia, sed ex diversa in ullis particularibus ejusdem systematis evolutione repetenda sunt. Ceterum reperitur hujusmodi nota, longe parcius tamen quam in nostro, in Sarraviano Hexaplari, de quo ut et de nota Graeca in genere confer quae dico in Praefatione T. III, p. XIV, seq.

Aetas codicis ex notitia Catalogi initio allata esset seculi fere VI, quod ut recte dici poterat de tribus partibus libri simul sumptis, sic de nostro ex epocha versionis ita est intelligendum, ut infra A. D. 615 protrahatur. Sed seculo VII non posterior videtur et mihi ex charactere noster codex, et antiquissimus omnium Hexaplarium ipsiusque Exodi, quem A. D. 697 scriptum declarat subscriptio.

Codex, quod linguam attinet, correctissime exaratus est, vixque unus alterve locus, quem in notis attigi, dubii aliquid habet. Non item vero quoad correctionem textus Hexaplaris; ubi tamen distinguendum inter sphalmata, quae in suo archetypo jam erant, quacumque ex parte fuerint vel ex ipsis Graecis codicibus, quibus Paulus Interpres usus est, et ea, quae ipsi amanuensi tribui vere possunt. Quisque vero videt, deficientibus testibus vetustissimis Hexaplaribus et Syris et Graecis, si pusillum quid Sarraviani excipias, nihil posse definiri de auctore sphalmatum prioris generis, sed solum in genere argui ex criticis argumentis,

vel etiam ex textibus Graecis indicari; quod suis locis data occasione feci. Item fere semper incerti sumus de iis, quae amanuensi tribui possunt, testibus Syris deficientibus, nisi sint ejusmodi, quae ex habitu codicum Syro-Hexaplarium cum aliqua probabilitate non Paulo, nec ejus Graecis codicibus, sed amanuensibus Syris tribui debent, qua in re parum refert nostrine codicis amanuensi, an ejus antecessoribus sint danda. Cujusmodi sunt praesertim errores ex omissione notarum Origenis, asterisci nempe, obeli, metobeli, quas codices Ambrosianus et Londinensis Exodi, qui prae ceteris correcti mihi videntur, diligentius solent apponere majori fide tuentes textus Pauli conditionem, qui optimos codices Graecos nactus est, ut ex documentis in Prolegomenis demonstrabitur. Haec quoque sphalmata, ubi subolere potui, in notis attigi, sed fere in genere errorem indicans, cum reapse de singulis ex rei natura difficulter, vel omnino non definire liceat, utrum amanuensis, an Graecus archetypus Pauli in illo loco erraverit. Aliquid subsidii in hac re ex versione Arabica Hareth ben Senan percipire licuisset, sed vix id praestare potest Holmesiana ejus collatio. Sed in summa certa haec sunt, nostrum quidem codicem minus exacte quoad notas Origenis repraesentare textum Hexaplarem, prouti ab illo constitutus fuit, ut patet ex ms. Sarraviano, quem contuli per omnia cum nostro XXXI, 53-XXXII, 11; XXXVI, 2-18, sed econtra illum textum pro lectione magna fide referre patet ex eodem Sarraviano aliisque codicibus, licet interdum aberrare et ipsum appareat ex notis meis, tum in locis allatis, tum alibi, ut XLVII, 4. Excerpta demum Interpretum quod attinet, parcior quidem est noster liber prae plerisque Hexaplaribus, sed utrum ejus amanuensi, an Graecis codicibus sit danda ista paupertas, non liquet. Sed ex Graecis documentis, quae in notis meis retuli, fide dignus est in tribuendo suis auctoribus lectiones, quas cuique Interpreti assignat; sicubi vero peccavit, adnotavi. Demum ad Pauli certe archetypum non mediocriter nostrum codicem accedere, arguere licet etiam ex scripturae diligentia textum et linguam quod attinet, et ex ejus aetate, quae proxime ab Interprete abest.

Num codex totus revisus fuerit, ut suspicon factum in pluribus saltem libris codicis Ambrosiani, non satis habeo argumenti ut asseram; licet aliquam revisionem innuat unus alterve locus prima manu retractatus, nisi id in actu scriptionis factum fuerit. Serioribus curis autem nil quantum memini inductum varietatis, sed interdum indices marginalium vel in textu, vel in margine, vel utrobique delentur plus minus; quod praesertim factum saepe pro indicibus, interdum et pro ipsa voce in ܦܘܫܩܐ, et ܠܟ. ܦܘܫܩܐ; qua de re confer quae dixi p. 109. Novis curis etiam danda instauratio atramenti saepe facta in marginalibus lectionibus et notis, quae ex novi atramenti colore satis antiqua videtur. Demum et puncta diacritica alicubi apposuit serior manus, ut ex forma, atramento et indole codicis arguebam; quae ego omnia suppressi, appositis tantum certis primae manus vel saltem probabilibus; interdum enim conditio mala membranae dubia vel omnino evanida reddidit, nec volui ipse supplere. Ceteras quoque curas seriores, quas innui, non curavi de more, ut par erat ex earum indole, nisi forte primam scripturam immutarent.

Rationem editionis codicis quod attinet, praeter ea quae data occasione praeoccupavi, haec indicanda. Lineas codicis servavi, quin tamen, ut in illo est, eas ad finem semper producerem, quemadmodum feci in primo fasciculo. Typi enim semper iidem cum sint, quandam vidi referre deformitatem ita adhibitos ut lineolis producerentur. Etiam in notis marginalibus et lineas, et locum initii earum semper servavi, nimis morosior forte, sed interdum id in codice alicubi vel pellucido facto, vel quavis de causa evanido faciliorem praestabit collationem ei qui velit instituere. Lectionem codicis cum ipsis erroribus, si inerant, adamussim servavi, nec ipsa certa supplementa vel unius literae inserui, nisi certa uniuscujusque literae essent saltem vestigia in ipso codice; vestigia vero per se dubia ex ductibus reliquis in textu complevi, sed lineolis inclusi. Quae de istiusmodi e re erant, in notis tractavi. In punctis

diacriticis summa fide codici institi vel pro loco, quem in ipsa litera tenebant, quatenus sivit diversa in ullis literis forma typorum ab ea codicis. Numeris usus sum pro indicibus, qui deerant in typis, in remittendo ad marginalia.

Ceterum apographum meum ad codicem integrum contuli, et aliquot paginas perdifficiles saepius etiam, saltem in locis vexatis. De quibus vero, cum notas meas pararem et librum discuterem, dubia suboriebantur, consului D. Guilelmum Wright in Museo Britannico Assistentem pro libris manuscriptis, qui pari cum doctrina benevolentia postulationibus meis semper promptissime satisfecit. Si quid vero serius animadverti, quam illum consulere liceret, in notis adnotavi; quod tamen vix una alterave vice factum. Ceterum fieri non poterit, ut in cursu editionis versionis nostrae tum codices non reperiam, qui vel supplementa vel alia exemplaria partium editarum exhibeant, tum occasionem non habeam ipsos codices editos iterum inspiciendi, tum demum non inveniam ulla corrigenda sive per me, sive ab aliis indicata. Vita comite in me suscipio, ut in appendice ea omnia praestem, quae quacumque ratione opus meum emendare editionemque textus perficere poterunt.

2. De subsidiis criticis adhibitis in annotationibus.

In annotationibus meis quae praestare velim, patet ex ipso libro, et indicavi jam in I fasciculo tomi I, Praef. p. VIII, seqq. Nil ergo reliquum nisi ut subsidia critica, eorumque sigla cum aliqua animadversione, ubi e re sit, recenseam.

ER: editio Romana LXX anni 1587, quacum textus Syrus confertur.

Hm: unus testis Holmesianae Collationis, qui tamen saepe in hoc casu nominatim indicatur. *Hmm:* duo pluresve testes Holmesiani. A ratione prioris fasciculi tomi I, ubi singillatim Holmesianos testes afferebam, duabus de causis discessi. Prima est quia longa res erat nimis et simul inutilis, cum ei qui curiose inquirere velit in testes LXX, Holmesianum opus sit assumendum, ut non eos tantum testes qui cum Syro-Hexaplari conveniunt, sed ceteros vel dissentientes perspectos habeat, ut ex omnibus documentis demum judicium ferat. Equidem hac de causa ceteros quoque testes LXX aliunde accitos reticere debuissem; malui tamen hic abundare, quia interdum erit difficile universos consulere ei qui a Bibliothecis ditioribus abest, et etiam ut aliqui testes certi apponerentur, si Holmes peccasset in sua collatione, quam afferebam. Quod quidem cum non raro fiat, altera causa exstitit mihi, ut nominatim singulos ejus testes desinerem excitare. Cur enim magnam partem annotationum mearum notis Holmesianis implerem, quae erroneae saepe sunt, et ex tota collationis conditione fidem nonnisi paullo dubiam merentur, licet in summa integram testium LXX varietatem offerant, quae satis etiam pro ejus conditione et origine exhibetur, si a me afferenda est, ea qua utor ratione? Sed ne Holmesiano operi ingenti sine causa detrahere videar, licet alicubi in notis jam ejus errores attigerim, subjicio sphalmata collationum illius in locis codicum Vaticani, Sarraviani ejusdemque Colbertini, et Coisliniani, quos cum textu LXX Holmesii ejusque collationibus comparavi ex tabulis in Silvestre *Paléographie Universelle*, T. II, pro Colbertino et Coisliniano, in Tischendorf *Mon. Sac.*, T. III, pro Sarraviano, in Mai, *V. et N. Test.*, T. I, pro Vaticano. Pro codice Holmesii VII potest quisque conferre illius varietatem cum editione mea in tomo III, quod idem de aliis libris facere licet, praesertim de editionibus Aldina et Complutensi. Omisi autem ea, quae Holmes ex suae collationis instituto negligebat.

Vaticanus, Holmesianus II, Gen. XLVI, 28-XLVII, 14. Affert Holmes tantum sex lectiones varias; quinque recte proferuntur, sed το αργυριον παν, quod attulit ad XLVII, 14, retrahendum est ad v. 15, ubi solum Vaticanus ab edito discrepat. Praeterea omisit has varietates: XLVI, 29 πλειονι, quod secunda manus legit pro πιονι. v. 34 αραβιχ. XLVII, 1 non indicavit codicem omittere utrumque μου. v. 7. ευλογησεν pro ηυλογησεν licet de aliis codicibus referat.

Sarravianus, Holmesianus IV, Num. XXXVI, 8 ad fin. Omissiones exhibeo et errores, tacens quae recte dedit, et sic in aliis. v. 9: της φυλης pro φυλης: εαυτου pro αυτου: post προσκολληθησονται adderet codex ex Holmes αι φυλαι sub asterisco, sed contra codex prima manu sub obelo, alia (cf. Comm. Tischendorfii) ex obelo fecit asteriscum, et metobelum a primo scriptore omissum supplevit; in ipsa tabula ista omnia apparent adhuc, multoque magis ita esse debet in codice ex atramenti differentia: vv. 10 et 13 μωση pro μωυση, sed ista fortasse sciens omisit, alibi generaliter adnotata varietate. v. 11. post αυτων codex adderet εις γυναικας sub asterisco; addit voces, sed sine asterisco. v. 12. μανασση sine του. v. 13. κατα ιεριχω prima manus omisit, supplevit corrector C κατα ιερειχω.

Colbertinus, Holmesianus V, Levit. I, 1-9. v. 1. μωσην pro μωυσην, sed cf. supra de Sarraviano. v. 4 επιθησει την χειρα; Holmes ad επιθησει adnotat praemitti asteriscum, quod forte pertinet ad επι tantum, atque post χειρα addi αυτου, ante quod excidit asteriscus; tabula imo nullum habet asteriscum ante επιθησει, praemittit vero additae voci αυτου. v. 7 επιθησουσιν, margo habet lectionem στοιβασουσιν οι ιερεις, serioris, ut videtur, manus.

Coislinianus, Holmesianus X, Num. I, 1-25. v. 2. post συναγωγης addit υιων. v. 4 adnotat Holmes plene distinguere codicem post φυλην; male, nam est minima distinctio juxta usum codicis ex tabula desumptum. v. 6 omittit codicem scribere cum diaeresi σουρισαδαϊ, licet de aliis minusculis id indicet. v. 7. αμειναδαβ. v. 11 ait codicem legere γεδεωνει, sed in marg. γαδεωνι; recte de textu, sed non pro margine, quia codex α tantum ad ε primum afferens reliquit ει et legit γαδεωνει. v. 12. αμεισαδαν; male Holmes ζαμεισαδαη. v. 21. τεσσερακοντα, quod de aliis Holmesius attulit.

Ex hac conditione Holmesianae varietatis contuli ipse omnes, quos poteram, testes ab ipso jam adhibitos, servatis ejus siglis.

I: editio codicis Cottoniani Genesis ejusque, ubi periit ex incendio, collatio in Tischendorf, *Mon. Sac.* T. II.

II: editio Mai codicis Vaticani.

III: collatio Alexandrini codicis in ed. II Veteris Test. per Tischendorf.

IV: editio codicis Sarraviani in Tischendorf, *Mon. Sac.* T. III.

VII: codex Ambrosianus; *VIIp:* curae posteriores, sed charactere unciali exaratae, *VIIm:* curae posteriores, sed charactere minusculo exaratae; codice utor.

X: contuli, saltem saepe, quae habentur in *Repertorium f. Bib. und Morg. Lit. I*, et in collatione pro me facta ab Hermanno Zotenberg pro Gen. XLVI, 26-XLVII, 7.

55 et 58 nunc unus, nunc alter seorsim allati ex editione codicis Vaticani Angeli Mai, qui ex illis, 58 supplens ex 55 ubi lacunosus erat, dedit Genesim ad XLVI, 28, ubi incipit codex Vaticanus.

15, 46, 53, 54, 56, 64, 71, 76, 82, 118 Gen. XLVI, 26-XLVII, 7, pariter collati in usum meum fuerunt ab Hermanno Zotenberg, qui eos cum X contulit et Exod. I 1-14, ut etiam descripsit Recensionem Syram Jacobi Edesseni Gen. XLVI, 8-26.

Bodl: codex Genesis Bodleianus editus a Tischendorf, *Mon. Sac.* T. II.

Ald, Compl: editiones Aldina et Complutensis a memetipso semper inspectae.

d: lectiones ecclesiasticae in codice Ambrosiano *F.* 95. *Sup.* seculi fere XIII.

e: duo fragmenta palimpsesta codicis Ambrosiani *Q.* 6. *Sup.* saeculi fere XI, qui habet et scholia marginalia: complectuntur Gen. XXXIII, 4-12, XXXIII, 18-XXXIV, 5, XLV, 13-19, XLV, 27-XLVI, 6.

Patres Graecos, Holmesio fere ubique indicante, ex ejus notis attuli, sed quantum memini tunc solum fere seorsim attuli, cum locos ipse inspexi. Latinos ex Sabatier desumpsi, apud quem ideo reperienda indicatio locorum eorum operum. Fragmenta alia veterum Latinarum versionum, in *Speculum*, quod S. Augustino tribuitur et edidit Mai bis diversa ratione, in Vercellone, *Var. Lect. V. L. B. ed.*, diserte suis locis indicavi.

CM: editio versionis Copto-Memphiticae Pentateuchi per Wilkins.

Aet: editio versionis Aethiopicae per Dillmann, cujus sigla C, F, G, H retinui in adducendis, ubi e re esset, codicibus ex ejus apparatu critico.

Arm: editio versionis Armeniacae per Zohrab Venetiis 1805.

AH: lectiones versionis Arabicae Hareth ben Senan, quas Latine affert Holmes ex duobus codicibus Bodlejanae Bibliothecae: ullas lectiones aliunde quam ex Holmesiana collatione assumptas suo loco, unde habuerim, indicavi. Cum haec versio sit ex nostra facta, multi momenti fuisset, si recte in Holmes esset collata; sed non meliores aliis curas nacta est (cf. notam meam ad V, 5); ideo, nisi quid singulare aliter postularet, saepe diserte non excitavi, sed in nota *Hmm* inclusi. Ne vero conarer apographon versionis Hareth mihi comparare, ut in meam editionem Syri assumerem, pluribus impediebar, sed ex eo maxime judicavi supersedendum, quod versio, etsi longe antiquior quam Stephanus Evodius Assemani affirmet in Catalogo Biblioth. Med. Laur. et Palat. p. 61, non ejus conditionis est, ut multum praestare possit ad crisin codicum Syro-Hexaplarium, ut ex multis locis Arabici textus collatis cum illis comperi. Sed tamen si forte aliquando codicibus ejus uti contigerit et praesertim Vaticano (apud Mai, S. V. N. C. IV, II, 1), exhauriam quidquid ad perpoliendum Syrum textum conferre poterit.

Quoad Fragmenta Graeca veterum Interpretum, si sine testimonio afferuntur, ex Montfaucon, *Hexapl. Origenis*, sunt desumpta, quem ubi e re erat indicavi nota *Montf.* Nota *Ap.* quae cum *Hm* copulatur, remittit ad Appendices Holmesianas, quae singulis libris adduntur.

Ut in primo fasciculo vero, sic in isto ubi nullus testis Graecus extabat lectionis Syro-Hexaplaris sive in textu, sive in margine, Latine dedi, ne Graeca mea obtruderem, quae nulla ratione fieri potest ut archetypum restituant, cum varie verti possint.

H: Hebraeus textus.

HS: textus Hebraeo-Samaritanus ex collatione laterali apud Kennicott.

Sam: versio Samaritana in Polyglottis Londinensibus.

Abus: versio Arabica ex Hebraeo-Samaritano per Abusaid edita a Kuenen Lugduni Batavorum, MDCCCLI.

Onk: Paraphrasis Chaldaica Onkelosi.

Jon: eadem Jonathanis. Utraque ex Polyglottis Lond.

Jerus: Fragmenta Paraphrasis Chaldaicae dictae Hierosolymitanae ex IV tomo Polyglottôn Londinensium.

P: versio Pescito, si nulla varietas erat in testibus ejus, qui mihi prostant, vel saltem in dignioribus, nec e re erat varietatem aliorum indicare. Sed, si vix opus erat, testes singillatim attuli his siglis usus. *PA* est vetustissimus codex Ambrosianus seculi fere VI, de quo confer tomum I, fasciculum I, Praefat. p. XIII et seqq. *Pa:* codex alter Ambrosianus, an. 1613-15 scriptus Hierosolymis. *PJ:* editio Polyglottôn Parisiensium Michaelis Lejay; sed hanc invectam sine mutatione in Polyglotta Londinensia, nisi quod sphalmata typorum passim accesserunt, raro consului. *PP:* editio Polyglottôn Londinensium. *PL:* editio Lee, an. 1823.

Vulg: Vulgata Latina editio, cujus varietatem ex opere Caroli Vercellone desumpsi: *Variae Lectiones Vulgatae Latinae Bibliorum editionis.*

Ar: versio Arabica Polyglottôn Londinensium.

Pers: versio Persica in IV tomo eorumdem.

Ven: versio ex Hebraeo codicis Veneti editi pro Pentateucho ab Ammon.

Sed pro his textus Hebraei testibus Hebraeum quidem et Hebraeo-Samaritanum semper consului una cum Apparatu Kennicott et De-Rossi in *Variae Lectiones* et in *Scholia critica*; item Pescito; ceteros non semper, sed fere, numquam tamen praetermisi, ubi vix e re fuisset. De more autem, ubi post Hebraeum unus alterve testis varians ab illo excitatur, ceteri intelligendi sunt cum illo convenire: quod idem est saepe de Hebraeo-Samaritano, quo allato intelligantur convenire cum eo Samaritanus et Abusaid, nisi contra afferantur.

Alia subsidia satis suis locis indicantur. Cetera ex notis ipsis quisque deprehendet. Solum animadverto in variis lectionibus, quae sunt ex pronominibus in genitivo additis, conjunctis in linguis Semiticis et Copta, initio attulisse testes Semiticos et Coptum qui potius ex linguae indole, quam ex eorum

archetypis saepe addidisse censendi. Item varietates quae vocem non mutant, in Graecis praesertim, non indico, sed simul testes eandem reapse vocem exhibentes attuli, quorum tamen si quis seorsim affertur, sua iste scriptione utitur.

3. De Familiis testium LXX in libro Genesis.

Holmes in Praefatione ad Pentateuchum, et Nickes in libro singulari *De V. T. codicum Graecorum familiis, partic. I, Judith, Tobias, Esdras I*, aggressi sunt discriminationem testium LXX in familias, quas ex vetustissimis testimoniis obtinuisse apparet jam initio seculi IV. Nickes cum de libris aliis quam de Genesi agat, non veniret in censum hic, nisi plures ex codicibus, quos uni alterive familiae assignat, etiam Genesim complecterentur; et aequum est, nisi quid obstet, omnes ejusdem codicis libros eidem recensioni tribuere. Holmes statuit 5 familias, Communem inemendatam, Communem emendatam in Tetraplis Origenis, Hexaplarem, Lucianeam, Hesychianam. Et tractans ista ad Pentateuchum Communi inemendatae assignat II, 29, 31, 59, 64, 83, alios similes, Aldinam; Communi emendatae ab Origene I, III, 15, 44, 75, 106, et alios, si non in omnibus, at saltem in aliquibus libris Pentateuchi; Hexaplari IV et V, qui partes sunt unius ejusdemque codicis; Lucianeae et Hesychianae 58 et 72 (hunc per tres libros priores), 19, 108, 118, alios in aliis libris Pentateuchi, non accurate quidem distinguens quinam codices alterutram recensionem habeant, sed satis divinare ex contextu licet eum Lucianeae dare 58 et 72, Hesychianae 19, 108, 118. Nickes easdem agnoscit familias, nisi quod Tetraplarem ab Hexaplari nullam distinguit. Ex codicibus aliisque testibus LXX assumptis pro suis libris qui Genesim quoque habent sunt II, III, 19, 44, 52, 55, 58, 64, 68, 71, 74, 76, 106, 107, 108, 120, 121, 134, editiones Aldina, Complutensis, Alexandrina, Fragmenta Latina. Juxta Nickes judicium ex illis libris desumptum Communem editionem conjiciendum esset habere II, III, 52, 55, 68; Origenianam 19, 58, 108, Italam; Lucianeam 64, editiones Aldinam, Complutensem, Alexandrinam; Hesychianam 44, 71, 74, 76, 106, 107, 120, 121, 134.

Quibus argumentis innixi familias distinguunt, ea discutere non est hujus loci, et implicite resolvuntur, ubi ab eis discedo, ex iis quae affero in asserenda mea opinione de cujusque familiae codicibus. Sed de Nickes cf. et T. I, fasc. I, Praef. p. X.

Familias allatas vere extitisse seculo IV evidens est ex testimoniis allatis ab Holmes et Nickes, et ab Hody collectis abundantissime in opere *de Bibl. text. originalibus etc.* Tetraplarem quoque textum et Hexaplarem differentiam aliquam habuisse satis ostendunt varietates eorum ullae diserte assertae in Fragmentis Graecis et in notis marginalibus versionis Syrae; utrumque tamen textum eadem ratione recensitum et obelis et asteriscis instructum fuisse arguit contra Holmes versio Syra ex Tetraplari textu orta in libris Judicum et Ruth, Job, Prophetarum minorum, Daniel, in quo et Chisianus Graecus (Hm 88) accedit, qui descendit a Tetraplis, et editus ab Holmes una cum varietate versionis Syrae monere eum debuisset de errore.

Familias codicum Genesis investigans, ut jam a certis ac definitis exordiar, Origeniana recensio sive Tetraplaris sive Hexaplaris, nil enim quo hic discriminem habeo, evidens est in codice Sarraviano et in versione Syro-Hexaplari, qui, erroribus exceptis qui in omnibus librorum apographis usuveniunt, omnino conveniunt, ut apparet ex XXXI, 53-XXXII, 11, XXXVI, 2-18, ubi solum utrumque conferre licuit. Qui cum his convenient de more in propriis eisdem testibus lectionibus, omiserint necne notas Origenianas et multas etiam commutaverint lectiones ex aliis libris vel ex arbitrio et oscitantia amanuensium, Origenianae, ut patet, recensionis erunt. Si assumatur codex IV Gen. XXXI, 53-XXXVI, 18 ex editione Tischendorfii *Mon. Sac.* T. III, nam Holmes saepe peccat in ejus collatione, itemque versio Syro-Hexaplaris et Apparatus Holmesianus, cujus non rarae omissiones semper prae oculis sint, Origenianae recensionis sunt codices 15, 82, 135, cum in tot et talibus lectionibus modo uni, modo aliis accedentibus,

21 ܐܡܪ ܕܝܢ ⁸ܡܪܝܐ ܠܘܬ ܡܘܫܐ.
ܡܐ ܕܐܙܠ ܐܢܬ ܘܗܦܟ ܐܢܬ
ܠܡܨܪܝܢ. ܚܙܝ ܟܠܗܘܢ ܬܕܡܪ̈ܬܐ
ܗܠܝܢ ܕܝܗܒܬ ܒܐܝܕܝܐ ܕܝܠܟ.
ܠܥܒܕ ܐܢܝܢ ܩܕܡ ܦܪܥܘܢ. ܐܢܐ
ܕܝܢ ܐܩܫܐ ܠܠܒܗ ܕܝܠܗ. ܘܠܐ
22 ܢܫܕܪܝܘܗܝ ܠܥܡܐ. ܐܢܬ ܕܝܢ
ܬܐܡܪ ܠܦܪܥܘܢ. ܗܠܝܢ ܐܡܪ
⁹ܡܪܝܐ. ܒܪܝ ※ ܕܝܠܝ ↙ ܒܘܟܪܐ ܕܝܠܝ
23 ܐܝܣܪܝܠ. ܐܡܪܬ ܕܝܢ ܠܟ. ܫܪܝ
ܠܥܡܐ ܕܝܠܝ ܐܝܟܢܐ ܕܢܦܠܚܘܢ ܠܝ.
¹ܐܢ ܕܝܢ ܠܐ ܨܒܐ ܐܢܬ
ܠܡܫܪܝܘܬܗ. ܚܙܝ ܗܟܝܠ ܐܢܐ
※ ܕ.ܗ.ܐܢܐ↙. ܩܛܠ ܐܢܐ ܠܒܪܟ ܒܘܟܪܐ
※ ܕܝܠܟ↙.܀ ܗܘܐ ܕܝܢ ܒܐܘܪܚܐ
24 ܒܒܝܬ ܡܫܪܝܐ. ܦܓܥ ܒܗ
²ܡܠܐܟܐ ܘܒܥܐ ܗܘܐ ܠܡܩܛܠܗ.
ܕܝܠܝ 25 ܘܢܣܒܬ ܨܦܘܪܐ ³ܩܘܦܣܐ.

⁸ ܦܝܦܝ.
⁹ ܦܝܦܝ.
¹ ܐܢܬ ܕܝܢ ܠܐ
ܨܒܐ ܗܘܝܬ.

² ܐ. ܐܠܗܐ.
ܣ. ܬ. ܡܪܝܐ.
³ ܩܘܦܣܐ. ܗܢܘ
ܕܝܢ ܣܟܝܢܐ.

forte in Aquila et Theodotione, ut redderet H fere ut ER; sed non liquet ex textus illorum defectu; ut lectio est in nostro et sic distincta ex interpunctione et ipso textu, vix ansam habet in H.

πρωτοτοκου = ✢ ※ Ἑ. σου ↙: item sine asterisco et nota 58 Hm, Aet: addit H.

24. αυτῳ = ܒܗ, in medio ܗ superscriptum videtur punctum (ܒܗ̇), quod reddidisset αυτῃ, sed abrasum fuit, relicto puncto interpunctionis item primae manus.

αγγελος = marg. Α. θεος. Σ. Θ. κυριος, Montf. et Ap. Hm; etiam VIIm anonyme κυριος: H pro lectione ER αγγελος κυριου habet solum *Jehovah;* sed ex nominis religione, contextus habita ratione, ut ER dederunt Onk, Jon, et supponit Jerus in versibus sequentibus, itemque Ar et Abus: Sym. et Theodotio plane cum H faciunt; sed cur Aquila literae tenax dedit θεος, vel potius οι θεοι cum marg. primo Hm X in Ap. Hm, quae, durior et insolens lectio, primigenia ideo videtur, et responderet H אלהים; quod sic dedit Aquila Gen. VI, 3? Anne ex ipsa religione nominis *Jehovah* mutatum hoc fuit in codice H Aquilae, vel ipse sic dedit? Illa quidem nominis commutatio in H alibi facta videtur; cf. ad Gen. VI, 23.

tur in Syris ܗܘ ܕܝܠܝ, ideoque omnia ista sub obelo erant concludenda praefixa nota genitivi nomini sequenti, sed defectus casuum in Syro Graeci contextum labefactavit.

21. κυριος = marg. ΠΙΠΙ: H *Jehovah.*

εν ταις χερσι = ἐν τῇ χειρι, Hmm, Compl, CM: item H, qui tamen sumptus ut scriptus defective fert et ER, cum qua est etiam P.

22. κυριος = marg. ΠΙΠΙ: H *Jehovah.*

υιος = ✢ ※ Ἑ. μου ↙, sine ast. Hmm, Tichon., qui tamen omnes omittunt sequens μου post πρωτοτοκος: cum nostro H. Post hoc ܕܝܠܝ rasura, in qua forte erat punctum.

23. ει μεν ουν = ει δε, Hmm, Origen., Arm: marg. veró συ δε ουκ εβουλου cum Hmm, VII, Ald; Tichon., CM, Aet, qui tamen in codice C favet textui nostri: cum his et H, sed ex contextu non absona lectio nostri textus, quam imo habet unus codex HS apud Kennicott, et verterunt Onk, Ar, Abus in cod. A, P in omnibus testibus et in forma ab ea nostri diversa.

αυτους = αυτον, H, Hmm, VII, Ald, AH, Tichon., CM, Aet, Arm.

εγω = ✢ ※ Α. Θ. ειμι ↙: 58 Hm in textu item sine siglis et asterisco; sic sine notis legisse apparet etiam Arm: bene reddit H ER; vox inserta aliis copulabatur

17 ܐܠܗܐ܀܀ ܘܚܘܛܪܐ ܗܢܐ
ܬܣܒ[5] ܒܐܝܕܐ ܕܝܠܟ܂ ܕܒܗ
ܬܥܒܕ ܐܬܘ̈ܬܐ܀ ܫܠܡ. ܩ. ܘ܀
18 ܩܪܝܢܐ ܕܚܕܒܫܒܐ ܕܒܬܪ
ܝܠܕܗ ܕܡܪܢ܀ ܐܙܠ ܕܝܢ ܡܘܫܐ
ܘܗܦܟ ܠܘܬ ܝܬܪܘ ܚܡܘܗܝ
ܘܐܡܪ ܠܗ܂ ܐܙܠ ܘܐܗܦܘܟ
ܠܘܬ ܐܚ̈ܝ ܕܝܠܝ ܕܒܡܨܪܝܢ܂
ܘܐܚܙܐ ܐܢ ܥܕܟܝܠ ܚ̈ܝܝܢ܀
ܘܐܡܪ ܝܬܪܘ ܠܡܘܫܐ܂ ܐܙܠ
ܒܫܠܡ ܐܬܐ܀ ÷ܒܬܪ ܕܝܢ

[5] ܕܐܬܗܦܟܬ
ܠܚܘܝܐ.

÷ ܝܘ̈ܡܬܐ ܣܓ̈ܝܐܐ ܗܠܝܢ܂ ܡܝܬ
÷ ܡܠܟܐ ܕܡܨܪܝܢ܀ ܐܡܪ ܕܝܢ
19 [6]ܡܪܝܐ ܠܘܬ ܡܘܫܐ [7]ܒܡܕܝܢ܂
ܗܠܟ ܐܙܠ ܠܡܨܪܝܢ܂ ܡܝܬܘ ܓܝܪ
ܟܠܗܘܢ ※ܓܒܪ̈ܐ ܗܠܝܢ ܕܒܥܝܢ
20 ܗܘܘ ܢܦܫܐ ܕܝܠܟ܀ ܟܕ ܢܣܒ
ܕܝܢ ܡܘܫܐ ܠܐܢܬܬܗ ܘܠܒ̈ܢܝܗ
※ ܣ ܕܝܠܗ܂ ܐܪܟܒ ܐܢܘܢ ܥܠ
ܚܡܪܐ ܘܗܦܟ ܠܡܨܪܝܢ܂ ܢܣܒ
ܕܝܢ ܡܘܫܐ܂ ܠܚܘܛܪܐ ܗܘ ÷ܕܡܢ f. 18. r.
ܐܠܗܐ ܒܐܝܕܐ ܕܝܠܗ܀܀

[6] ܦܩܕ.
[7] ܒܡܕܝܢ ܝ.

Sym. Theod.) item ac in textu, nisi quod deest punctum diacriticum. Puto ex Graeco ortam lectionem, quae sine sensu est in nostro; fuit nempe in Graeco textu LXX μαδιαμ, in Interpretibus μαδιαν, ut in Hebraeo, et habet Compl in alia lectione; Syrus noster vero ex suo more conformandi ad P nomina propria, praesertim crebro occurrentia, in textu ipso dedit formam, quae cum ea Interpretum convenit, et margini ascripsit eam Interpretum repertam in Graeco archetypo.

παντες = ÷ οι ανδρες sub asterisco; sine ast. Hm 58, Arm; Hm 72 item sine ast. οι ανθρωποι: utramque hanc lectionem fert H.

20. παιδια = ÷ ※ Σ. αυτου ⤙, Arm cum asterisco tantum, notat vero editor deesse vocem in exemplaribus; sine ast. et nota Symmachi Hmm, VIIm, AH; Hm 58 εαυτου, quod, ut alibi facit (cf. infra v. 22, 23 bis), videtur ex margine intulisse in textum, et primigenia forte est lectio Symmachi, sed idem reapse αυτου et εαυτου: item H.

μωυσης = ante ܡܘܫܐ rasura; videtur scriptum fuisse ܠ (ܠܡܘܫܐ), vel potius coeptum fuisse scribi ܠܚܘܛܪܐ sequens.

την παρα του θεου = ܡܢ (virgam) ÷ quae a ⤙ Deo: H omittit την ...α, quae vertun-

σύ = in calce paginae nota Quinternionis ܓ. III.

17. την στραφεισαν εις οφιν = — in textu cum H, Hmm sex, Augustino, si ex ratione qua affert locum testari potest, CM, Aet; VII omittit, sed addit VIIp; Hm X item omittit in textu, sed prima manu addit marg., quod non tam supplementum omissionis, quam marginalis lectio est ratione habita conditionis illius codicis plura ab Hexaplaribus mutuantis; et noster reapse addit marg. lectionem ER, quam habent et ceteri testes LXX non allati pro omissione.

σημεια = post haec *Explicit* (*Lectio*) *VI*; cf. III, 16.

18. *Lectio Dominicae post Nativitatem* (Domini); eadem rubrica est et in Jacobi Edesseni Recensione; cf. supra p. 115.

και λεγει = και ειπεν αυτῳ, Hmm, inter quos sunt affines omnes vel fere, VII, CM, Aet, Arm; lectioni ER addunt αυτῳ alii Hmm et AH, si recte collatus, quo in casu legit ܘܐܡܪ ܠܗ pro ܘܐܡܪ: H ut noster, sed omittunt αυτῳ duo codices Kennicott.

μετα δε τας ημερας usque ad αιγυπτου = sub obelo; VIIm delet linea ducta: omittit H.

19. κυριος = marg. ΠΙΠΙ: H *Jehovah*.

εν μαδιαμ = Γ′ (tres Interpretes, Aq.

ܐܬܡܠ ܩܕܡ ܐܬܡܠܝ ܐܦ ܠܐ
ܩܕܡ ÷ ܝܘܡܐ ܕܬܠܝܬܝܐ: ܐܦ
ܠܐ ܡܢ ܡܢ ܫܪܝܬ [8]ܠܡܡܠܠܘ
ܠܡܫܡܫܢܐ: ܕܝܠܟ ܚܣܝܪ ܩܠܐ
※ ܓܝܪ [9]ܘܝܩܝܪ. ܒܠܫܢܐ ܐܢܐ ܐܝܬܝ.
11 ܐܡܪ ܕܝܢ [1]ܡܪܝܐ ܠܘܬ ܡܘܫܐ.
ܡܢܘ ܝܗܒ ܦܘܡܐ ܠܒܪܢܫܐ.
ܘܡܢܘ ܥܒܕ [2]ܚܪܫܐ ܘܐܛܪܡܐ. f. 17. r.
ܕܚܙܐ ܘܣܡܝܐ. ܠܐ ܗܘܐ
12 ܐܢܐ [3]ܡܪܝܐ. ܘܗܫܐ ܐܙܠ ܘܐܢܐ
ܐܦܬܚ ܠܦܘܡܟ ܕܝܠܟ. ܘܐܚܘܝܟ
ܗܠܝܢ ܕܥܬܝܕ ܐܢܬ ܠܡܡܠܠܘ.
13 ܘܐܡܪ. ܒܥܐ ܐܢܐ ܡܪܝܐ.
ܐܫܕܪ ܐܚܪܢܐ ܕܡܨܐ ܕܠܗ
ܕܬܫܕܪ ܐܢܬ. ܘܟܕ ܐܬܚܡܬ
14 [4]ܡܪܝܐ ܒܪܘܓܙܐ ܥܠ ܡܘܫܐ.
ܐܡܪ. ܠܐ ܗܐ: ܐܗܪܘܢ ܐܚܘܟ
ܕܡܢ ܠܘܝ: ܝܕܥ ܐܢܐ: ܕܡܡܠܠܘ
ܢܡܠܠ ܗܘ ÷ ܠܟ. ܘܗܐ ܗܘ
ܢܦܘܩ ܠܐܘܪܥܟ ܕܝܠܟ. ܘܟܕ
ܕܚܙܐ ܠܟ ܢܚܕܐ ܗܘ ܒܗ ܒܢܦܫܗ.
15 ܘܬܐܡܪ ܠܘܬܗ. ܘܬܬܠ ܡ̈ܠܐ
ܕܝܠܝ ܒܦܘܡܗ. ܘܐܢܐ ܐܦܬܚ
ܦܘܡܟ ܘܦܘܡܐ ܕܝܠܗ.
ܘܐܚܘܝܟܘܢ ܗܠܝܢ ܕܬܥܒܕܘܢ.
16 ܘܢܡܠܠ ܗܘ ܠܟ ܠܘܬ ܥܡܐ.
ܘܢܗܘܐ ܠܟ ܦܘܡܐ. ܐܢܬ
ܕܝܢ ܠܗ ܬܗܘܐ ܗܠܝܢ ܕܠܘܬ f. 17. v.

[8] ܠܡܐܡܪ.
[9] ܘܝܩܝܪ
[1] ܦܝܦܝ.
[2] ܐ. ܣ. ܬ. ܥܠܓܐ.
ܡܡܠܠܐ ✣ ✣
[3] ܦܝܦܝ.
[4] ܦܝܦܝ.

ημερας = sub obelo: H habet vocem, in qua ipsa vox reprobata componitur.

λαλειν = marg. *dicere*, quod λεγειν supponit habuisse: H per se utrumque fert; magis tamen refertur in textu.

ισχνοφωνος = ※ γαρ sub asterisco; sine ast. Hmm, Ambros., Arm: item H, sed omittit Vulg.

και βραδυγλωσσος = marg. ad ܘܝܩܝܪ και βραδυ- habet *et gravis*, quod alius interpretis, fortasse Aquilae est, qui reapse dedit και βαρυς, literam H sectatus; quae marginalis lectio componenda cum Syra voce sequente, ut patet.

11. κυριος = marg. ΠΙΠΙ: H *Jehovah*.

δυσκωφον = marg. Α. Σ. Θ. μογιλαλον: H omnes reddunt. Male in codice additur punctum post ܥܠܓܐ, nisi casuale est.

ο θεος = κυριος cum H et AH; κυριος ο θεος Hmm fere omnes, inter quos et affines nostro, III, VII, Ald, Compl, Origen., Euseb., Cyprian., Hieronym., Augustin., CM, Aet: fortasse in Graeco nostri deerat ο θεος, sub obelo ponendum. Marg. vero: ΠΙΠΙ: H *Jehovah*, quod κυριος solet reddi in LXX.

12. ο = α, Hmm, III, Ald, Compl, Gaudent., Augustin.: utrumque fert H.

13. μωυσης = —, Hmm, VII, AH, Aet, qui tamen habet in C, Arm: H omittit, sed habet unus codex Kenn., PA; addunt *ei Moyses* Pa, PJ, PP, PL.

αποστελεις = post haec: *Explicit* Lectio; cf. ad III, 15, IV, 1.

14. Marg. ιv (*Sectio minor*); item II" Δ.

κυριος = marg. ΠΙΠΙ: H *Jehovah*.

σοι 1° = sub obelo: omittit H.

16. αυτος σοι λαλησει = λαλησει αυτος σοι, H, Hmm, VII, Augustin.; favet CM.

σου = σοι, H, Hm 15, Cat. Nic. apud Hm; item in alia lectione alii Hmm.

※ܡܣܪܓܪܓܐ ܐܝܟ ܬܠܓܐ. ܘܐܡܪ.
⁴ܐܥܠ ܐܝܕܟ ܠܥܘܒܐ ܕܝܠܟ܀ 7
ܘܐܥܠ ܐܝܕܗ ※ ܕܝܠܗ↙ ܠܥܘܒܗ.
ܘܐܦܩܗ ܡܢ ܥܘܒܗ. ܘܗܘܬ
⁵ܬܘܒ ܐܝܟ ܓܘܢܐ ܕܒܣܪܐ ܕܝܠܗ܀ f. 16 r
8 ܐܢ ܕܝܢ ܠܐ ܢܗܝܡܢܘܢܟ: ܘܠܐ
ܢܫܡܥܘܢ ܠܩܠܐ ܕܐܬܐ ܗܕܐ
ܩܕܡܝܬܐ. ܢܗܝܡܢܘܢܟ ܠܩܠܐ
9 ܕܐܬܐ ܗܕܐ ܕܐܚܪܝܬܐ. ܘܢܗܘܐ

⁴ ܥܘܒܟ
⁵ ܐ. ܗܦܟܬ.

ܕܐܢ ܠܐ ܢܗܝܡܢܘܢ ܠܬܪܬܝܢ
ܐܬܘܬܐ ܗܠܝܢ: ܘܠܐ ܢܫܡܥܘܢ
ܠܩܠܐ ܕܝܠܟ. ܬܣܒ ܡܢ ܡܝܐ
ܕܢܗܪܐ. ܘܬܐܫܘܕ ܥܠ ܝܒܝܫܬܐ.
ܘܢܗܘܘܢ ܡܝܐ ܗܠܝܢ ܕܐܢ
ܬܣܒ ܡܢ ܢܗܪܐ. ※ܕܡܐ ܘܢܗܘܘܢ↙
10 ܕܡܐ ܥܠ ܝܒܝܫܬܐ܀ ܐܡܪ
ܕܝܢ ܡܘܫܐ ܠܘܬ ⁶ܡܪܝܐ. ܒܥܐ
ܐܢܐ ܡܪܝܐ. ܠܐ ⁷ܡܣܦܩ ܡܡܠܠܐ

⁶ ܦܦܩܝ.
⁷ ܕܣܦܩ.

simis codicibus pöterat deesse interpunctio. H *Et dixit: refer* pro και ειπεν παλιν. εισενεγκον, voculam ideo habet implicitam, et interpunctioni marginis nostri favet.

χειρα 2⁰ = ÷ ※ Ε. αυτου ↙, αυτου nude addunt Hmm, III, Ald, Origen. IV, 439, AH, CM, Aet, Arm: item H.

απεκατεστη = marg. Α. απεστραφη, Hm 108 marg. anonyme: vel radicem H sectatur, quem bene reddunt et LXX.

αυτης = αυτου, H, Hmm, III, VII, Compl, Origen., AH, CM, Aet.

9. σοι = —, Hmm, Arm, Aet in codicibus FH: item H, sed habet unus codex Kenn., si לך, quod is exhibet, est error pro לך, non initium vocis לקל, quam amanuensis coepisset ex versu praecedenti scribere.

αιμα = praemittit ※ Σ. Θ. *et erunt* ↙ cum H.

10. κυριον = marg. ΠΙΠΙ: H *Jehovah*.

ικανος = ευλογος, H, Hmm, VII, Philo; alii Hmm et Compl ευλαλος, quod aeque ut H fert noster, licet illud probabilius ex magis affinibus codicibus; alterutram harum lectionum referunt Augustinus, CM, Aet. Marg. vero ικανος cum textu ER et aliorum Hmm, et in margine idem exhibet Hm 85; VIIm ουχ ικανος, in quo tamen manus, ut videtur, eadem reprobavit, et eadem, vel alia addidit οὐκ ανηρ λογιος εγω, propius vocibus ipsis H accedens.

stri, puto, testibus LXX deficientibus omnibus. Ad κυριος autem marg. ΠΙΠΙ: H *Jehovah*.

